

stris intrantis, imagines hominũ, stantium, pro ut possent esse perfectiores, et pulchriores, induti diuersis uestimentis & coloribus, habentes manus extensas, ad interiorem thalamum imminentes ad quandam statuam sedentem intus in domo, in latere iuxta parietem thalami interioris, à sinistris intrantis thalamum, contra faciem suam. Et sedebat sub cathedram simili cathedræ Medicorum, extractam à statua illa, & habebat in gremio suo super brachijs suis, & in manibus extentis super genua sua, tabulam marmoream extractam ab ea, cuius longitudo brachij unius, & latitudo unius palmæ, & digiti manuum eius de sub tabula reflexi desuper, ac si teneret eam. Et erat tabula sicut liber apertus cuiuslibet intranti, ueluti si innueret respicere in eam. Et in parte thalami in qua sedebat, erant imagines diuersarum rerum infinitæ, & litteræ de barbaria. Et erat in tabula quam habebat in gremio, in una eius medietate diuisa. Erat enim quedam linea per mediũ, imago duarum auium in inferiore